UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct. Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

[Capvt XV.]

urn:nbn:de:hbz:466:1-83000

Visual Library

γματῶ, vbi tam intelligitur σώματῳ, quam in Latino *corpore.*

Versus 56. *Conuenientia* ἴσαι αἱ μαρτυρίαι. *æqualia testimonia.* לא שויין *la schauian. non æqualia.*

V. 59. Matthæus habet: *possum destruere.* Hic est *dissoluam.* Eodem sensu. *Nempe possum dissoluere.*

V. 61. Τῆ εὐλογητῆ, nomen Dei omittitur, vt etiam in Syro.

V. 65. *Conspuere eum,* quidam addunt; *in faciem.* Quod aiunt; *Prophetiza,* non est ratio, cur Beza vertit: *Vaticinare:* nam conuincere ipso facto, & ludibriis conantur, eum non esse Prophetam. Itaque propriissime accipiendum est Prophetæ nomen.

Eodem versu dicuntur ministri eum alapis cecidisse. Beza virgis dicere mauult: quod virgas seu fasces ferrent Romanorum magistruum apparitores, qui & ῥαβδοῦχοι, *fascium latores* vocarentur. Verum de verbo ῥαπίζειν in Matthæo actum est. Errat vero Beza, dum hos milites fasces habuisse putat, qui non præferebantur centurionibus aut tribunis. Deinde milites Romani cum fascibus non astabant Pontificibus, & siastitissent, non tamen eas expediebant, nisi iussu præsidis, aut concessu. Ministri igitur Pontificum illi erant, quorum captiuus erat Dominus, qui postea eum præsidi tradiderunt.

Contra Bezam stat etiam Syrus, qui percussisse eos על פבוהי *ghal pachuhi* dicit, quod proprium est alaparum. פב genas significat, ita glossa marginalis פב פרשנדרי *Pbach* interpretantur *Lechi* hoc est, *maxillam.*

V. 66. Ἐν τῇ αὐλῇ κάτω. Beza *atrium inferius:* noster, *atrium deorsum:* quod Beza sub annat. at vero rectissime dicitur. atrium deorsum, non quo sit contignatio inferior, aut supra quam sit alia altior, sed eiusdem atrii vna pars erat altior, altera humilior.

V. 70. Et sermo similis est. καὶ ἡ λαλιὰ σου ὁμοιάζει. Sic & Syrus רמימללך דמיא *vammollelach dema. Sermo tuus similis est.* nempe sermoni Galilæorum. Quidam libri veteres hoc etiam omittunt, sicut & Latinus interpres.

Vers. 72. Καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε, *& cœpit flere.* Ita & Syrus רשרי דגבבא *veschari denebche. & cœpit flere.* Beza, *& cum se proripuisset, fleuit.* Verum ἐπιβάλλειν τισὶ τοῦτο, est animum adiicere ad aliquid. Basilius. τὸ μὴ τοῖς τυχοῦσι μαθήμασιν ἑαυτὸν ἐπιβάλλειν, ἀλλὰ γνῶναι τὴν χρησιμωτάτην παιδείαν, οὐ μικρὸν πρὸς σωτηρίαν. Non cuilibet disciplinæ applicare animum, sed cognoscere vtilissimam ad salutem non parum confert. Est vero aggredi rem serio, & magno studio, ita apud Plutarchum ἐπιβάλλειν τοῖς πράγμασιν. *aggredi negotia.* Itaque singulari animi præparatione, consilio, vehementia Petrus lachrymis se pœnitentiæ dedit.

Cætera in Matthæo sunt exposita. Coronidis loco addam ex Theophylacto pulcherrimam expositionem versus 22. Hoc est corpus meum. ὅπερ inquit pag. 192. καὶ ἡμεῖς ποιοῦμεν, δύχας ἐπιλεγοντες, τοῦτο ἐστι τὸ σῶμά μου. τοῦτο ὁ νῦν λαμβάνετε, καὶ οὐκ ἀντίτυπον καὶ κυριακὸν σῶμά ἐστιν ὁ ἄρτος. ἀλλ' εἰς αὐτὸ ἐκεῖνο μεταβάλλεται τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ. καὶ ὁ κύριος οὐκ λέγει. ὁ ἄρτος ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μού ἐστιν. ἐκ εἶπεν ἀντίτυπος ἐστὶ τῆς σαρκός μου, ἀλλ' ἡ σάρξ μού ἐστι. καὶ πάλιν, ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πῶς φησιν ὁ οὐκ σάρξ καθορᾶται. δῆλον τὴν ἡμετέραν ὡς ἀνθρώπου ἀσθένειαν. ἐπειδὴ οὐκ ὁμοῦ ἄρτος καὶ οἶνος, συνήθη ἡμῖν. αἷμα δὲ πεποιημένον ἢ σάρκα ὁρῶντες, οὐκ ἀνεχόμεθα. ἀλλ' ἀπεναρκήσαμεν, δῆλον τοῦτο συγκαταβαίνων ἡμῖν ὁ φιλάνθρωπος, τὸ μὲν εἶδος ἄρτου καὶ οἴνου φυλάττει. εἰς δύναμιν δὲ σαρκὸς καὶ αἵματος μεταστοιχειοῖ. αἷμα ἦ καινῆς διαθήκης εἶπε, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς παλαιᾶς, καὶ γὰρ ἡ παλαιὰ διαθήκη, κάκεινη αἷμα εἶχε. διὸ ἐῤῥαντίσθη ὁ λαὸς καὶ τὸ βιβλίον τοῦ νόμου. *Id est.* Quod & nos facimus, preces addendo, hoc est corpus meum, hoc nunc accipite, non enim est typus Dominici corporis, est panis, sed in ipsum illud transmutatur corpus Christi. Etenim Dominus dicit: Panis quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita. Non dicit: typus carnis meæ. Caro mea est. Et iterum: Nisi manducaueritis carnem filii hominis. Et quomodo dicit? Non enim caro videtur, propter nostram ὁ homo imbecillitatem. Postquam panis, & vinum nobis sunt consueta. Sanguinem autem propositum, & carnem videntes, non ferremus, sed stupescerem us, ideo condescendens nobis humanus ille, speciem quidem panis & vini conseruat, in vim autem carnis & sanguinis transelementat. Sanguinem vero noui Testamenti dicit, ad Analogiam quandam veteris. Nam & vetus Testamentum sanguinem habuit quo & populus, & liber legis aspergebatur.

CAPVT XV.

Mat. 27. Mar. 15. Luc. 22. Luc. 23. Ioh. 18.

ET confestim, mane consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus & Scribis & vniuerso concilio, vincientes Iesum, duxerunt & tradiderunt Pilato. 2. Et interrogauit eum Pilatus, Tu es rex Iudæorum? At ille respondens ait illi, Tu dicis. 3. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. 4. Pilatus autem rursum interrogauit eum, dicens: Non respondes quicquam? vide in quantis te accusant. 5. Iesus autem amplius nihil respondit: ita vt miraretur Pilatus. 6. Per diem autem festum solebat dimittere illis vnum ex vinctis quemcunq; petissent. 7. Erat autem qui dicebatur Barrabas, qui cum seditiosis erat vinctus, qui in seditione fecerat homicidium. 8. Et cum ascendisset turba, cœpit rogare, sicut semper faciebat illis. 9. Pilatus autem respondit eis, & dixit, Vultis dimittam vobis regem Iudæorum? 10. Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. 11. Pontifices autem concitauerunt turbam, vt magis Barabbam dimitteret eis. 12. Pilatus autem iterum respondens, ait illis: Quid ergo vultis faciam regi Iudæorum? 13. At illi iterum clamauerunt, Crucifige eum. 14. Pilatus vero dicebat illis, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, Crucifige eum. 15. Pilatus autem volens populo satisfacere, dimisit illis Barabbam, & tradidit Iesum flagellis cæsum vt crucifigeretur. 16. Milites autem duxerunt eum in atrium prætorij, & conuocant totam cohortem: 17. Et induunt eum purpura, & imponunt ei, plectentes spineam coronam. 18. Et cœperunt salutare eum, Aue rex Iudæorum. 19. Et percutiebant caput eius arundine: & conspuebant eum, & ponentes genua, adorabant eum: 20. Et postquam illuserunt ei, exuerunt illum purpura, & induerunt eum vestimentis suis, & educunt illum vt crucifigerent eum. 21. Et angariauerunt prætereuntem quempiam, Simonem Cyrenæum venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi, vt tolleret crucem eius. 22. Et perducunt illum in Golgotha locum: quod est interpretatum, Caluariæ locus. 23. Et dabant ei bibere myrrhatum vinum: & non accepit. 24. Et crucifigentes eum diuiserunt vestimenta eius, mittentes sortem super eis, quis quid tolleret. 25. Erat autem hora tertia: & crucifixerunt eum.

26. Et

26. Et erat titulus causæ eius inscriptus, REX IVDÆORVM. 27. Et cum eo crucifigunt duos latrones:
Is.53.12. Ioh.2.19. *vnum à dextris, & alium à sinistris eius. 28. Et impleta est scriptura quæ dicit, & cum iniquis reputatus est.*
29. Et prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes: Vah qui destruit templum, & in
tribus diebus ædificat: 30. Saluum fac temetipsum descendens de cruce. 31. Similiter & summi sacerdotes
illudentes, ad alterutrum cum Scribis dicebant, Alios saluos fecit, semetipsum non potest saluum facere.
32. Christus rex Israel descendat nunc de cruce: vt videamus & credamus. Et qui cum eo crucifixi erant,
conuitiabantur ei. 33. Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt per totam terrā vsque in horam nonam. 34. Et
Psal.21.2. Matth.27.46. *hora nona exclamauit Iesus voce magnā, dicēs: Eloï, Eloï, lamasabachthani: quod est interpretatū, Deus meus,*
Deus meus, vt quid dereliquisti me? 35. Et quidam de circumstantibus audientes, dicebāt: Ecce, Eliam vocat.
Psal.68.22. *36. Currens autem vnus, & implens spongiam aceto, circumponensque calamo potum dabat ei, dicens: Sinite:*
videamus si veniat Elias ad deponendum eum. 37. Iesus autem emissa voce magna expirauit. 38. Et
velum templi scissum est in duo, à summo vsque deorsum. 39. Videns autem centurio, qui ex aduerso stabat,
Mat.27.55. *quia sic clamans expirasset: ait, vere hic homo filius Dei erat. 40. Erant autem & mulieres de longe aspi-*
cientes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris & Ioseph mater, & Salome: 41. Et
Luc. 8.2. Matth.27.57. *cum esset in Galilæa, sequebantur eum & ministrabant ei, & aliæ multæ quæ simul cum eo ascenderant Iero-*
lymam. 42. Et cum iam sero esset factum (quia erat Parasceue, quod est ante sabbathum.) 43. Venit Io-
Luc.23.50. Ioh.19.38. *seph ab Arimathæa nobilis decurio, qui & ipse erat expectans regnum Dei, & audacter introiuit ad Pila-*
tum, & petiit corpus Iesu. 44. Pilatus autem mirabatur si iam obiisset. Et accersito centurione, interrogā-
uit eam si iam mortuus esset. 45. Et cum cognouisset à centurione, donauit corpus Ioseph. 46. Ioseph au-
tem mercatus sindonem, & deponens eum inuoluit sindone, & posuit eum in monumento quod erat excisum
de petra. & aduoluit lapidem ad ostium monumenti. 47. Maria autem Magdalene & Maria Ioseph
aspiciebant vbi poneretur.

IN CAPVT DECIMVMQVINTVM

ARGVMENTVM.

CONCILIVM Sacerdotum Pilato Dominum tradit, & ad crucem deposcit. Pilatus recusat, Barabbam liberat, Christum morti addicit. Milites Iesu illudunt, deinde ad supplicii locum deducunt, crucifigunt, irridēt, tenebræ oriuntur, Iesus exclamans moritur. à Iosepho de cruce deponitur, & sepelitur.

Syri diuidunt hoc caput in quinque partes. Titulus primæ partis est vsque ad versum 21. *Lectio ad matutinas in parasceue crucifixionis.* Vesperi igitur, seu nocte antediem veneris legebant. nam רערובתא *degharubetha*, vespertini temporis est.

A v.21. ad 29. legebant רחלת שעין *datthelath schaghin. ad horam tertiam.*

Hinc ad v.33. דפלגה דיומא *dephelgech deiauma. ad meridiem*, seu *diuisionem diei.* Hoc est hora sexta. Inde ad 42. *Ad horam nonam.*

Hinc vsque ad finem ad vesperam Sabbati. Quæ ideo libenter adnoto; quod ex his appareat illius Ecclesiæ antiquus ordo in Liturgiis, diuinisque officiis. Etsi enim in particularibus sit aliqua varietas, in substantialibus tamen cum Romana conueniunt.

VERSVS 1. Pilato, Syrus addit præsidi. ius capitalis sententiæ ereptum fuisse videtur.

Vers.3. *In multis*, πολλὰ, Regia Biblia Complutensia subdunt. αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἀπεκρίνατο. *ipse vero nihil respondit.*

V.4. *Vide in quantis te accusant.* καταμαρτυροῦσιν, alia quædam κατηγοροῦσιν. Hanc lectionem videtur secutus Latinus.

V.6. *In die festo*, κατὰ ἑορτὴν, בכל עידן in omni festo. at multi existimant solo paschæ festo eam populo factam esse gratiam.

V.8. Vetus ἀναβήσας legit vel ἀναβὰς *cum ascendisset*; Hodierna & Syrus habent ἀναβοήσας, cum *exclamasset.* vt in vetustis legitur.

V.10. Sciebat enim: Syrus addit, *Pilatus.*

V.11. *Concitarunt turbas*, Græca pleraque ἀνέσεισαν τὸν ὄχλον, alia ἀνέπεισαν persuaserunt, alia ἔπεισαν τῷ ὄχλῳ. *suaserunt turbæ.*

V.12. Regi Iudæorum. Syrus. *Eiquem vos vocatis regem Iudæorum.*

V.15. Satisfacere populo. Syrus דנעבך צביניא רבנשא facere voluntatem populi.

Versus 16. Atrium prætorii. ἔσω τῆς αὐλῆς ὅ ἐστι πραιτώριον. in atrium interius, quod est prætorium. Ita & Syrus. quod vsurpat nomina Romana hoc loco & Græca. vt אסטאטיותא *estratiota.* פרטורין *peretorin*, prætorium. אספיר *spira, cohors.*

V.19. Syrus: *Conspuebant in faciem eius.*

Versus 22. *Perducunt.* φέρουσιν pro ἄγουσιν. *ferunt*, pro *ducunt.* Caluariæ locus, Syrus קרקפתא *Karaphtha.*

V.24. διεμερίσαντο al. διεμερίζοντο.

V.29. οὐά Syrus אוך *vh.*

V.30. Καταβὰς, alii καθελὼν. *descendens.*

V.32. *Et credamus*, quædam addunt αὐτῷ *ipsi.*

V.34. *Deus meus*, Eloi Eloi. Syrus ponit אל אל *Deus meus*, deinde interpretatur alio verbo Syriaco אלהי אלהי *Elohai Elohai*, alia verba *Lemana Sabachthani* in sua interpretatione eadem seruat, quæ initio posuit, solo Dei nomine mutato. Quod signum est, eum ex Latino, vel Græco vertisse, voluisseque omnia exprimere. alioqui inepta videretur expositio, in eadem lingua verbis eisdem, æque claris.

V.25. Etiam Syrus לאליא *ad Eliam.*

V.36. Ita

Vers. 36. Ita Brugenſis.' Annotauimus *olim, videri locum hunc deprauatum, neq; adhuc poſſumus mutare ſententiam: quanquam vetus eſt error ſi error eſt. Fortaſſe pro partitiuo ſingulari* dicens. *legendum eſt verbum plurale* dicebãt *cum dixerunt prout habet Euangelium Syriacum.* Et dixerunt *finite videamus aut potius numero ſingulari* ſine videamus: *ſunt quidam libri tam Græci quam Latini quos alias nominauimus, qui ſingulare* ſine *ſcribũt quod indicium eſt, verbum dicendi ab aliquibus plurali numero lectum fuiſſe. Cum enim hic ſermo ſit de vno & pluribus, ſi verba quæ prolata fuiſſe narrantur, ad vnum dirigantur, intelligantur, à pluribus prolata fuiſſe: quanquam ſinendi verbum ſiue pluraliter ſiue ſingulariter legas non multum refert.*

Verſus 38. אפי תרעא *apphai thargha. ſuperficies* ſeu *facies oſtij*, aut *valuarum.*

V. 43. רמיתא *rameta, Arimathia. nobilis decurio.* Syrus מיקרא בולוטי *meiakera buleuti. venerabilis*, vel *pretioſus ſenator.*

V. 45. Et cum cognouiſſet à centurione, in Syro non eſt illud: à centurione. Et v. 44. ſi iam mortuus eſſet. εἰ πάλαι ἀπέθανε, ſi dudum mortuus eſſet. Sed pro πάλαι multa exemplaria habuiſſe ἤδη, teſtis eſt Eraſmus.

Verſ. 46. Καὶ ἀγοράσας σινδόνα. *& mercatus ſindonem.* alii. ὁ δὲ Ἰωσὴφ ἀγοράσας, &c. *Ioſeph vero mercatus.*

CAPVT XVI.

ET cum tranſiſſet Sabbatum, Maria Magdalene & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Ieſum. 2. Et valde mane vna ſabbathorum, veniunt ad monumentum: orto iam ſole. 3. Et dicebant ad inuicem, Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti? 4. Et reſpicientes viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. 5. Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem ſedentem in dextris coopertum ſtola candida: & obſtupuerunt. 6. Qui dicit illis, Nolite expaueſcere: Ieſum quæritis Nazarenum, crucifixum: ſurrexit, non eſt hic, ecce locus vbi poſuerunt eum. 7. Sed ite dicite diſcipulis eius & Petro, quia præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis, ſicut dixit vobis. 8. At illæ exeuntes, fugerunt de monumento, inuaſerat enim eas tremor & pauor: & nemini quicquam dixerunt, timebant enim. 9. Surgens autem mane, prima Sabbathi, apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat ſeptem dæmonia. 10. Illa vadens nunciauit his qui cum eo fuerant, lugentibus & flentibus. 11. Et illi audientes quia viueret & viſus eſſet ab ea, non crediderunt. 12 Poſt hæc autem duobus ex his ambulantibus oſtenſus eſt in alia effigie, euntibus in villam 13. Et illi euntes nunciauerunt cæteris: nec illis crediderunt. 14. Nouiſſime recumbentibus illis vndecim apparuit: & exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis, quia iis qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderunt. 15. Et dixit eis, Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ. 16. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. 17. Signa autem eos qui crediderint hæc ſequentur: In nomine meo dæmonia eiicient, Linguis loquentur nouis: 18. Serpentes tollent: Et ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent: & bene habebunt. 19. Et Dominus quidem Ieſus poſtquam loquutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet à dextris Dei. 20. Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.

IN CAPVT DECIMVMSEXTVM

ARGVMENTVM.

POSTRIDIE Sabbati mulieres veniunt ad vngendum Dominum, & ab Angelis intelligunt reſurrexiſſe, primo apparuit Magdalenæ, cui id narranti non credunt, deinde duobus in itinere. Deniq; duodecim in menſa, quos poteſtate & miraculis inſtructos mittit in vniuerſum mundum. Ille vero ad cœlos aſcendens ſedet ad dextram patris, Diſcipuli autem exeuntes prædicauerunt vbique.

Syra Eccleſia à v. 2. ad 14. legit ad oblationem dominicæ דקימתא dakiametha reſurrectionis. Inde vſque ad finem ad oblationem דסולקא deſoleka, aſcenſionis.

Concludit autem hunc in modum, שלם אנגליון קר ישא סברתא דמרקוס דמלל וסברד חומאית ברהומיא *Abſolutum eſt Euangelium ſanctum nuncium Marci, quod locutus eſt, & nunciauit Romanè Romæ.* de quo in prolegomenis dixi.

Græca tantum habent: τέλος τοῦ κατὰ μάρκον ἁγίου εὐαγγελίου. *Finis Euangelij ſecundum Marcum.*

Varietas magna eſt lectionum in hoc capite, in pleriſque vetuſtis codicibus olim non exſtabat, vt habet Hieronymus ad Hedibiam.

QVÆSTIO I.

An hoc caput Marci ſit?

§. 1. QVæſtio mouetur propter S. Hieronymum. Epiſt. ad Hedibiam. q. 3. *Quæ cauſa ſit, vt de reſurrectione domini, & apparitione Euangeliſtæ diuerſa narrarint. In quibus primum quæris, cur Matthæus dixerit: Veſpere autem Sabbathi illuſcente in vna Sabbathi Dominum ſurrexiſſe: & Marcus mane reſurrectionem eius factam eſſe commemoret, ita ſcribens: Cum autem reſurrexiſſet, vna Sabbathi mane apparuit Maria Magdalenæ, de qua eiecerat ſeptem dæmonia; & illa abiens nuntiauit iis, qui cum eo fuerant, lugentibus & flentibus. illique audientes quod viueret, & quod viciſſet eum, non crediderunt ei. Huius quæſtionis duplex ſolutio eſt. Aut enim non recipimus Marci teſtimonium, quod in raro fertur Euangelijs, omnibus Græcia libris pæne hoc capitulum in fine non habentibus: præſertim cum diuerſa atque contraria Euangeliſtis cæteris narrare videatur. Aut hoc reſpondendum, quod vterque verum dixerit: Matthæus, quando Dominus ſurrexerit, veſpere Sabbathi? Marcus autem, quando eum viderit*